



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S. III.

An *fidua Ecclesia habeant rem communem pro indiviso locari solitam, possit altera ex dictis ecclesijs inuita altera rem locare.*

23 **R** Esp. affirmatiue, dummodo vtiliter locet, & iuxta solitum, neque alteret formam locationis in præiudicium alterius: quod procedit etiam in priuatis, potest enim socius inuito socio rem communem pro indiviso locare *Bart. in l. & hæc distinctio §. ult. nu. 2. ff. locat. Rot. d. decis. 692. num. 3. & seq.*

Addit Ricc. in *Collect. dec. 655. p. 3* quod si duo Curati habeant prædia indiuisa, alter alteri de consensu Episcopi poterit prædium ad vitam locare; sed hoc procedit in prædiolis iuxta cap. terrulas 12. q. 2. vt nos infra dicemus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quæ conditiones requirantur, vt concessio in emphiteusim fieri possit sine solemnitate.*
- 2 *Quando dicatur res solita concedi.*
- 3 *Euidens ecclesie vtilitas debet adesse tempore vltimæ concessionis.*
- 4 *Si alteretur solitum in substantiâlibus, concessio fieri non potest absque Sedis Apostolicæ beneplacito.*
- 5 *Quando dicatur alteratio circum substantiâ, & num. 6. & 7.*
- 8 *In iure non est permissa concessio emphiteusis ecclesie ultra tres*

personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum, & nu. 9.

10 *Declaratur, & limitatur supra dicta conclusio, & numero. 11. & 12.*

13 *Quando res sterilis in emphiteusim datur ei, qui illam fertilem fecit, potest in perpetuum concedi.*

14 *An concessio in emphiteusim vitietur in totum, quando alteratur consuetudo.*

15 *An Prælati possit sine solemnitate infeudare, vel in emphiteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis.*

16 *Et quid, si est incorporata mensa ecclesie.*

17 *Et an possit de nouo concedi res data ecclesie cum pacto, quod alienari non possit.*

C A P. VI.

Quibus casibus concessio in emphiteusim absq. assensu apostolico fieri possit.



T concessio in emphiteusim fieri possit sine solemnitate d. extrax. ambitiosa, tres conditiones requiruntur, videlicet vt fiat de bonis solitis ab antiquo dari in emphiteusim, & cum euidenti vtilitate, & in casibus a iure permissis, vt notant DD apud Quarant. in ver. alienatio n. 39. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 22. Bonac. in tract. de alien. bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 20.